

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

**Augustini in euangelium secundum Iohannem sermones
CXXIII - Cod. Aug. perg. 47**

Augustinus, Aurelius

[Reichenau ?], [14. Jh.]

Sermo XLVII

[urn:nbn:de:bsz:31-64194](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-64194)

quia omnia quae hic discutienda adhuc arbitror, hodie non discuto, sed iterum nobis in nomine dñi diebus reddendi sermonis eadem lectio recitabitur, & diligentius illo adiuuante tractabitur; **EXPLICIT SERMO XLVI INCIPIT XLVII AB EO QUOD DICTUM EST EGOSUM PASTOR BONUS ET COGNOSCE MEAS ET COGNOSCUNT ME MEAE USQ. AD IO QUOD AIT. NUMQUID DAEMONIUM POTEST CLARE CORU**

Quis sermonem dñi nostri non solum libenter **OCULOS APERIRE**, sed & iam diligenter auditis, promissionis nostrae proculdubio meministis; ipsa quippe lectio euangelica & hodie lecta est, quae lecta fuerat proximo dominico die, propterea quoniam in quibusdam necessitatibus immorati non potuimus omnia discutere, quae uestris sensibus debeamus, proinde quae iam dicta atq; tractata sunt, hodie non quaerimus, ne adhuc eadem rependo, ad illa quae nondum dicta sunt, peruenire minime permittatur; Nostis iam in nomine dñi, quis sit pastor bonus, & quem admodum pastores boni membra sint eius, & ideo sit pastor unus, nostis quis sit mercenarius ferendus, quis lupus & fures & latrones cauendi, quae sint oues, quod sit ostium, quo & oues ingrediuntur, & pastor quomodo sit intellegendus ostiarum, nostis & iam quoniam quisquis non per ostium intrauerit, fur est & latro, nec uenit nisi ut fur & ur & occidat & perdat, haec omnia dicta sufficienter quantum existimo pertractata sunt; hodie debemus dicere, quantum adiuuat dñs, quoniam ipse ih̄s xp̄s saluator noster & pastorem se esse dixit, & ostium, & pastorem bonum dixit intrare per ostium, quomodo ipse per se ipsum intrat. Si enim nemo pastor bonus est nisi qui per ostium intrat, & ipse est praecipue pastor bonus, & ipse est ostium, intellegere non possum nisi & ipsum per se ipsum ad oues suas intrare, & uocem suam illis dare, ut sequantur eum, easq; intrantes & exeuntes pascua inuenire, quod est uita aeterna; Cito ergo dico ego, quaerens intrare ad uos, id est ad cor uestrum; xp̄m praedico, si aliud praedico, per aliam partem conabor ascendere; xp̄s itaq; mihi ianua est ad uos, per xp̄m intro non ad parietes uestrorum, sed ad corda uestra per xp̄m intro, xp̄m in me libenter audistis; quare xp̄m in me libenter audistis, quia oues xp̄i estis, sanguine xp̄i comparati estis, agnoscitis praedium uestrum, quod non a me datur, sed per me praedicatur; ille quippe emit, qui praediosum sanguinem fudit; praediosus sanguis est illius sine peccato, fecit tamen ipse & iam suorum sanguinem praediosum, pro quibus dedit sanguinis praedium; Nam si suorum sanguinem non faceret praediosum, non diceretur, praediosa in conspectu dñi mors sc̄orum eius; Itaq; & iam quod ait, pastor bonus animam suam ponit pro ouibus, non ipse unus, ^{hoc} fecit, & tamen si illi qui fecerunt, membra eius

%. ad edificandam plebem & afferendam fidem.

sunt, idem ipse unus hoc fecit; ipse enim potuit facere sine illis, ipsi sine illo unde potuerunt, cum ipse dixerit, sine me nihil potestis facere. hinc autem ostendimus quod & alii fecerint, quia ipse apostolus iohannes qui hoc quod au distis euangelium praedicauit, in epistola sua dicit, sicut xpi pro nobis animam suam posuit, sic & nos debemus animas pro fratribus ponere; Debemus dicit, debitorum nos fecit, qui primus exhibuit; ideo quodam loco scriptum est, si sederis cenae ad mensam potentis, sapienter intellege quae ad ponuntur tibi & mitte manum tuam, sciens quia talia te oportet praeparare; mensa potentis quae sit nostis, ubi est corpus & sanguis xpi; qui accedit ad talem mensam, praeparat talia; & quid est praeparat talia? quomodo ipse pro nobis animam suam posuit sic & nos debemus animas pro fratribus ponere; Ideo pater quem uolebat facere pastorem bonum, non in ipso pater, sed in corpore suo ait, pater amas me, pasce oues meas; hoc semel, hoc iterum, hoc tertio, usque ad eius tristitiam! & cum tantum interrogasset dominus quantum interrogandum esse iudicauit, ut ter confiteretur qui ter negauerat, & eius oues pascebat tertio commendasset. ait illi; Cum iunior esses cingebas te, & ambulabas ubi uolebas; cum autem senueris, extends manus tuas, & alter te cingat, & ducat quo non uis; Exposuit euangelista quid dominus dixerit, hoc autem inquit dicit, significans quia morte clarificaturus esset dominum. Ad hoc ergo pertinet & pasce oues meas, ut ponas animam tuam pro ouibus meis; iam illud quod ait, sicut nouit me pater & ego agnosco patrem, quis nescit ipse enim agnoscit patrem per se, nos per illum; quia ipse per se agnoscit nouimus, quia & nos per illum & iam hoc nouimus, quia & hoc per illum nouimus; Ipse enim dicit, Dominum nemo uidit umquam, nisi unigenitus filius qui est in sinu patris ipse enarrauit; Ergo & nos per ipsum, quibus enarrauit; Item alibi ait, Nemo nouit filium nisi pater, neque patrem quisquam nouit nisi filius, & cui uoluerit filius reuelare; Sicut ergo ipse per se nouit patrem, nos autem per illum nouimus patrem, sic intrat in ouile per se ipsum, & nos per ipsum; ostium dicebamus per xpm nos habere ad uos; quare, quia xpm praedicamus; nos xpm praedicamus, & ideo per ostium intramus, xps autem xpm praedicat, quia se ipsum praedicat, & ideo pastor per se ipsum intrat, lumen cum alia monstrat quae uidentur in lumine; numquid aliquo alio indiget ut monstratur, lumen ergo & alia demonstrat, & se ipsum; quaecumque intellegimus, intellectu intellegimus, & ipsum intellectum unde nisi intellectu intellegimus; numquid sic oculo carnis & alia uidet & ipsum, quamuis enim uideant homines oculos suis, non tamen uident oculos suos; Oculis carnis alia uidet, se non potest; Intellectus autem & alia intellegit, & se ipsum; quomodo intellectus uidet se, sic & xps praedicat se; si praedicat se & praedi-

cando intrat ad te, per se intrat ad te, & ad patrem ipse est ostium, quia
 non est qua uenitur ad patrem nisi per ipsum, unus enim dñs & unus media
 tor dñi & hominum homo xp̄s ih̄s; Uerba multa dicuntur, haec ipsa quae dixi,
 utiq; uerbo dixi, si uelim dicere & ipsum uerbum, unde dico nisi uerbo, ac per
 hoc uerbum & alia dicuntur quae non sunt quod uerbum, & ipsum uerbū dici
 non potest nisi per uerbum, adiuuante dño exemplo abundabimus, Tenet
 ergo quomodo dñs xp̄s & ostium sit & pastor, ostium pandendo se, pastor
 intrando per se; & quidem fr̄s quod pastor est, dedit & membrum suum; Nam
 & petrus pastor, & paulus pastor, & ceteri apostoli pastores, & boni ep̄i pastores,
 ostium uero nemo nostrum se dicit, hoc sibi ipse proprie tenuit, qua intrent
 oues; Deniq; paulus apostolus boni pastoris implebat officium quando xp̄m
 praedicabat, quia per ostium intrabat, at ubi oues indiscipline coeperunt
 facere schismata, & alia ostia sibi ponere non qua intrarent ut congregarentur,
 sed qua errarent ut diuiderentur; Dicentes alii ego sum pauli, alii ego sum
 caephe, alii ego apollo, alii ego xp̄i; Expauescens ad eos quid dixerunt, ego sum
 pauli, tamquam clamans ad oues, miserae qua itis, non sum ostium, nūquid
 paulus inquit, pro uobis crucifixus est, aut in nomine pauli baptizati estis,
 qui uero dicebant, ego sum xp̄i, inuenerant ostium; De uno autem ouili
 & uno pastore, iam quidem assidue solis audire, multum enim commenda
 uimus unum ouile, praedicantes unitatem ut per xp̄m omnes oues ingrede
 rentur, & donatum nulla sequeretur; uerum tamen unde hoc proprie di
 xerit dñs, satis apparet; loquebatur enim apud iudaeos, missus autem fuerat
 ad ipsos iudaeos, non propter quosdam inmani odio pertinaces, & perseue
 rantes in tenebris, sed propter quosdam in ipsa gente quas dicit oues suas.
 De quibus ait, Non sum missus nisi ad oues quae perierunt domus israhel;
 Nouerat & iam eos in turba furentium, & praeuidebat in pace credentium.
 Quid ergo est, non sum missus nisi ad oues quae perierunt domus israhel,
 nisi quia praesentiam suam corporalem non exhibuit nisi populo israhel,
 ad gentes non perrexit ipse, sed misit; Ad populum uero israhel & misit &
 ipse uenit, ut qui contemnebant, maius iudicium sumerent, quia & praesen
 tia est illis exhibita; Ipse dñs ibi fuit, ibi matrem elegit, ibi concēpi, ibi nasci,
 ibi sanguinem fundere uoluit, ibi sunt uestigia eius, modo adorantur ubi
 nouissime stetit, unde ascendit in caelum; Ad gentes autem misit, sed for
 te aliquis arbitratur, quoniam non ipse ad nos uenit, sed misit ad nos, non nos
 audisse uocem ipsius, sed uocem eorum quos misit, absit, pellatur ista
 cogitatio de cordibus uestris, & in his quos misit ipse erat; ipsum paulū
 audi quem misit. Ad gentes enim praecipue paulum apostolū misit,

& ait ipse paulus terrenus non desit. sed de illo; An uultis experimentum accipere eius qui in me loquitur xpi. audite & ipsu dnm; & alias oues habeo. id est in gentibus quae non sunt de hoc ouili. id est de populo israhel. Oportet me & illas adducere; Ergo & per suos non alter adducit; adhuc audi. uocem meam audient; ecce & per suos ipse loquitur & per eos quos mittit. uox eius auditur ut sit unum ouile & unus pastor; Duobus istis gregibus tamquam duobus parribus. factus est lapis angularis; ergo & ostium est. & lapis angularis; omnia per similitudinem. nihil horum proprie; iam enim dixi. & commendau uehementer. & qui capiunt sapiunt. immo qui sapiunt capiunt. & qui nondum intellectu sapiunt. fide teneant quod intellegere nondum possunt; per similitudines xpi multa est. quae per proprietatem non est; per similitudinem & p & ra est xpi. & ostium est xpi. & lapis angularis est xpi. & pastor est xpi. & agnus est xpi. & leo est xpi. Quam multa per similitudines. & alia quae commemorare longum est; Si autem proprietates discutiatur rerum quas uidete consuesti. nec p & ra est. quia durus & sine sensu non est. nec ostium est. quia non eum faber fecit. nec lapis angularis est. quia non est abstractoite compositus. nec pastor est. quia custos ouium quadrupedum non est. nec leo est. quia fera non est. nec agnus est quia pecus non est. Omnia ergo ista per similitudinem; quid ergo proprie. In principio erat uerbum & uerbum erat apud dm & ds erat uerbum; quid de homine qui apparuit. & uerbum caro factum est & habitauit in nobis; audi & cetera; Propterea me pater diligit inquit. quia ego pono animam meam ut iterum sumam eam; Quid ait. propterea me pater diligit. quia morior ut resurgam; cum magno enim pondere dictum est ego. quia ego pono inquit. pono animam meam; Ego pono; quid est ego pono? ego illam pono. Non gloriantur iudaei. saeuire potuerunt. potestatem habere non potuerunt; saeuant quantum possunt. si ego nolero ponere animam meam. quid saeuendo facturisunt. una responsione prostratisunt. quando eis dictum est. quem quaeritis. Dixerunt autem. & ait eis. ego sum. redierunt retro & ceciderunt; qui ceciderunt ad unam uocem xpi morturi. quid faciunt sub uoce iudicaturi. Ego ego inquam ponam eam. ut iterum sumam eam; Non gloriantur iudaei quasi praeualuerint. ipse posuit animam suam; ego dormiui dicit. nostis psalmum; ego dormiui & somnum coepi. & exsurrexi qm dms suscipiet me; modo psalmus ipse lectus est. modo audiuimus. ego dormiui & somnum coepi. & exsurrexi qm dms suscipiet me; quid est ego dormiui. quia uolui dormiui; quid est dormiui. mortuus sum; Nonne dormiuit. qui quando uoluit de sepulchro tanquam delecto surrexit. sed amat dare gloriam patri. ut nos aedificet & gloria dare

creatori; nam quod addidit. exsurrexi quoniam dominus suscipiat me. putatis hic
 quasi uirtutem eius defecisse, ut per potestatem suam mori potuerit, per
 potestatem suam resurgere non potuerit; Sic enim uidentur sonare uerba.
 non intentius intellecta. ego dormiui. id est quia uolui dormiui & exsurrexi.
 quare. quoniam dominus suscipiat me; quid enim, tu a teipso resurgere non ualeres.
 si non ualeres, non diceres; potestatem habeo ponendi animam meam. & potes-
 tatem habeo iterum sumendi eam; Audi alio loco in euangelio. quia non so-
 lum pater suscitauit filium, sed & iam filius seipsum; Soluite inquit templum
 hoc, & in triduo suscitabo illud; & euangelista; hoc autem dicebat inquit. de
 templo corporis sui; hoc enim suscitabatur, quod moriebatur; nam uerbum
 non est mortuum. anima illa non est mortua; si nec tua moritur, domini morte-
 retur. unde scio inquit si mea non moritur. At non occidatur, & non moritur.
 Quomodo inquit ego possum occidere animam meam, ut alia peccata interi-
 taceam. Os quod mentitur, occidit animam; Quomodo inquit securus sum
 quia non moritur, ipsum dominum audi dantem seruo securitatem. Nolite timere
 eos qui corpus occidunt, & postea non habent quid faciant; sed plane quid aut;
 eum time^{re} qui habet potestatem & corpus & animam occidere in gehenna, ecce
 quia moritur. quid est mori ipsius. quid est mori carnis tuae; mori carnis tuae,
 est amittere uitam suam. mori animae tuae, est amittere uitam suam; uita
 carnis tuae animata, uita animae tuae deus tuus; Quomodo moritur caro amis-
 sa anima quae uita est eius; sic moritur anima amissa deo, qui uita est eius; Certe
 ergo immortalis est anima; plane immortalis, quia uiuit & mortua; quod enim
 de uidua delictosa dixit apostolus. & iam de anima si dominum suum amiserit, & dicitur recipi
 potest, uiuens mortua est; quomodo ergo ponit animam suam dominus, nisi quaera-
 mus hoc paulo attentius, non nos artat hora, quae sol & die dominico uacat
 nobis, hoc lucrentur qui ad uerbum dei & iam die hodierno conueniunt. Pono
 inquit animam meam; quis ponit, quam ponit. quid est christus, uerbum & homo.
 nec sic homo ut solus caro. sed quia homo, constat ex carne & anima, totus autem
 homo in christo; Non enim partem deteriore[m] suscepisset, & partem meliorem
 deseruisset; & pars quippe hominis melior est anima quam corpus; quia ergo anima & caro
 totus homo in christo; quid est christus, uerbum inquam & homo; quid est uerbum,
 diuinitas, & homo, anima & caro; Tenet hoc, quia non defuerunt haeretici & in
 ista sententia pulsati quidem iam olim a ueritate catholica, sed tamen ut fures
 & latrones, non intrantes per ostium insidiari ouili non desinunt; apollina-
 riste haeretici dicti sunt, qui ausi sunt dogmatizare quod christus non sit, uer-
 bum & caro? animam humanam non eum adsumpsisse contendunt; nam &
 aliqui eorum fuisse in christo animam negare non potuerunt; uidete absur-

ecce quod inuenerit

ditatem & insaniam non ferendam, animam irrationalem eum habere uolu-
 erunt, rationalem negauerunt. Dederunt illi animam pecoris, subtraxerunt
 hominis, sed illi abstulerunt xpo rationem, non tenendo rationem. Absit hoc
 a nobis, in fide catholica nutritis atq. fundatis; ex hac ergo occasione admonue-
 rim caritatem uestram. ut quomodo superioribus lectionibus satis uos instruxim
 aduersus sabellianos & arrianos. sabellianos quid dicunt, ipse est pater qui filius;
 arrianos quid dicunt, aliud est pater, aliud est filius, quasi non sint eiusdem sub-
 stantiae pater & filius. Instruximus & iam quantum meministis & meminisse
 debetis, contra haereticos fotinianos qui solum hominem xpm esse dixerunt.
 Contra manicheos qui solum sine homine dm. Ex hac occasione de anima instru-
 amus uos & contra apollinaristas, qui dicunt dnm nrm ihm xpm non habuisse
 animam humanam, id est animam rationalem, animam intelligentem, animam
 in qua distamus a pecore quod homines sumus; quomodo ergo hic dixit
 dñs, potestatem habeo ponendi animam meam; quis ponit animam, & iterum
 sumit animam? xps ex eo quod uerbum est, ponit animam & sumit eam iterum.
 an ex eo quod anima humana est, ipsa se ponit, & iterum ipsa se sumit? an ex eo qd
 caro est, caro animam ponit & iterum sumit? Tria proposui, omnia pertractem.
 & hoc elegimus quod conueniat regulae ueritatis; Si enim dixerimus quia
 uerbum di posuit animam suam & iterum sumpsit eam, m&uendum est ne sub-
 intr& praua cogitatio & dicatur nobis. Ergo aliquando anima illa separata est
 a uerbo, & aliquando uerbum illud ex quo suscepit illam animam, fuit sine anima.
 Uideo enim fuisse sine anima humana uerbum. Sed cum in principio erat uer-
 bu & uerbum erat apud dm & dñs erat uerbum; ex quo enim uerbum caro factu
 est ut habitaret in nobis, & susceptus est a uerbo homo, id est totus homo, anima
 & caro. Quid fecit passio, quid fecit mors, nisi corpus ab anima separauit,
 animam uero a uerbo non separauit. Si enim mortuus est dñs, immo quia mor-
 tuus est dñs, mortuus est enim pro nobis, in cruce sine dubio caro ipsius expira-
 uit animam, ad tempus exiguum anima deseruit carnem sed redeunte anima
 resurrexit. a uerbo autem animam separata esse non dico; Latronis ani-
 mae dixit, hodie mecum eris in paradiso; fidelem latronis animam non dese-
 rebat, & deserebat suam, absit, sed illius ut dñs custodiuit, suam uero insepa-
 rabiliter habuit; Si autem dixerimus quia ipsa se anima posuit, & iterum ipsa
 se sumpsit, absurdissimus sensus est; non enim quae a uerbo separata non erat,
 a se ipsa poterat separari; Dicamus ergo & quod uerum est, & quod facile in-
 tellegi potest, ecce homo qui lib& non constans ex uerbo & anima & carne, sed
 ex anima & carne. De isto homine interrogemus quomodo ponat animam suam
 quicumq. homo; an forte nullus homo ponit animam suam; potes mihi

dicere; nullus homo habet potestatem ponere animam suam. & iterum
 sumere eam; ponere autem animam suam nisi possit homo, non dicitur
 hannes apostolus; sicut xps pro nobis animam suam posuit, sic & nos debemus
 animas pro fratribus ponere; ergo & nobis licet, si & nos impleamur uirtute ipsius,
 quia sine illo facere nihil possumus. ponere pro fratribus animas nostras,
 quando martyr quilibet scis posuit pro fratribus animam suam, quis posuit,
 & quam posuit. hoc si intellexerimus, ibi uidebimus quem admodum a xpo
 dictum sit. potestatem habeo ponendi animam meam; O homo, paratus
 es pro xpo mori. paratus inquit; Dicam hoc alius uerbis; paratus es pro xpo
 animam tuam ponere; & ad ista uerba sic mihi respondit. paratus sum. Quo
 modo mihi responderat cum dicerem. paratus es mori; hoc est ergo ponere
 animam, quod est mori. sed pro quo. ibi est certamen; Omnes enim homi
 nes quando moriuntur ponunt animam, sed non omnes pro xpo ponunt,
 Nemo habet potestatem sumere quod posuerit, xps autem & pro nobis
 posuit & quando uoluit posuit & quando uoluit sumpsit; ponere ergo
 animam mori est; sic & apostolus petrus dno dixit; animam meam pro
 te ponam, id est pro te moriar; caro hoc tribue; Caro ponit animam suam,
 & caro iterum sumit eam; non tamen potestate sua caro, sed potestate in
 habitantis carnem; Caro ergo ponit animam suam expirando; uide ipsu
 dnm, in cruce scio dixit; illi qui aderant, tinxerunt spongiam in aceto, al
 ligauerunt arundini, & adposuerunt ori eius. quod cum accepisset ait, per
 factum est; quid est perfectum est, implenda sunt omnia, quae ante mor
 tem futura de me fuerant propheta; & quia potestatem habebat quando
 uellet ponendi animam suam, postea quam dixit, perfectum est, quid ait
 euangelista. & inclinato capite tradidit spm; hoc est ponere animam;
 modo hic attendat caritas uestra; inclinato capite tradidit spm; quis
 tradidit, quem tradidit, spm tradidit, caro illum tradidit; quid est caro
 illum tradidit, caro illum emisit; caro illum expirauit; ideo dicitur enim
 expirare, extra spm fieri, quomodo est ex uulua, extra solum fieri, ex orbitate
 extra orbitam fieri, sic expirare, extra spm fieri, qui sps anima est; Cum ergo
 exit anima a carne, & remanet caro sine anima, tunc homo ponere animam
 dicitur; quando xps animam posuit, quando uerbum uoluit, principatus
 enim in uerbo erat, ibi potestas erat quando poneret caro animam, quando su
 meret; Si ergo caro animam posuit, quomodo xps animam posuit, non enim
 caro xps, ita plane, & caro xps, & anima xps, & uerbum xps, ne tamen tria haec
 tres xpi, sed unus xps; hominem interroga, & de ipso fac gradum, ad ea quae sup
 te sunt & si nondum intellegenda, saltem credenda; quomodo est enim unus.

homo anima & corpus sic unus xps uerbum & homo; uide & quid dixerim, &
intellegite; anima & corpus duo res sunt, sed unus homo; uerbum & homo duo
res sunt, sed unus xps; Ergo de homine quaere, ubi est apostolus paulus modo.
si quis respondeat, in requie cum xpo, uerum dicit; item si quis respondeat, ro
mae in sepulchro, & ipse uerum dicit; illud mihi de anima, hoc de eius carne res
pondet; ne tamen ideo duos dicimus apostolos paulos, unum qui requiescit in
xpo, alterum qui est positus in sepulchro. quamuis apostolum paulum dicamus
uiuere in xpo. eundemq, apostolum paulum dicimus mortuum iacere in sepulchro;
Mortuus aliquis, dicimus bonus homo fidelis homo in pace est cum dno. & conti
nuo, eamus ad exequias ipsius, sepeliamus illum; eum sepulturus es, quem iam
dixeras in pace esse cum dno. Cum aliud sit anima quae immortaliter uiuet, ali
ud corpus quod corruptibiliter iacet. Sed ex quo consortium carnis & animae
hominis nomen accepit, iam & singulum, atq, separatum, utrum libet eorum no
men hominis tenet; Nemo ergo tutebatur quando audit dnm dixisse. pono ani
mam meam, & iterum sumo eam; ponit eam caro, sed ex potestate uerbi, sumit
eam caro, sed ex potestate uerbi; & ipse dnm xps dicitur est sola caro; quomodo
inquit probas, audeo dicere, & sola caro xpi dicta est xps; Credimus certe non
in solum dnm patrem, sed in ihm filium eius unicum dnm nostrum; modo totum
dixi, in ihm xpm filium eius unicum dnm nostrum; Totum ibi intellege, & uer
bum & animam & carnem; sed utiq, confiteris & iam illud quod habet eadem fides,
in eum xpm te credere, qui crucifixus est & sepultus; Ergo & iam sepultum
xpm esse non negas, & tamen sola caro sepulta est. Si enim erat ibi anima, non
erat mortuus; Si autem uera mors erat, & eius uera sit resurrectio, sine anima
fuerat in sepulchro, & tamen sepultus est xps; Ergo xps erat & iam sine anima
caro, quia non est sepulta nisi caro; Disce hoc & iam in apostolicis uerbis; hoc sen
tite inquit in uobis quod & in xpo ihu, qui cum in forma di esset non rapinam
arbitratus est esse aequalis do; quis nisi xps ihs, quantum ad tinam ad id quod est
uerbum di apud dnm; uide autem quod sequitur; sed semetipsum ex inaniuit for
mam serui accipiens, in similitudine hominum factus, & habitu in uentus ut homo;
& hoc quis, nisi idem ipse xps ihs; Sed hic iam omnia sunt, & uerbum informa
di qui accepit formam serui, & anima & caro informa serui quae accepta est a
forma di, humiliavit semetipsum factus oboediens usq, ad mortem; iam in mor
te sola caro est a iudeis occisa; Si enim discipulis dixit, nolite timere eos qui
corpus occidunt, animam autem non possunt occidere. Num quid in ipso potu
erunt plus quam corpus occidere, & tamen carne occisa xps occisus est; ita cu
caro animam posuit, xps animam posuit, & cum caro ut resurgeret animam
sumpsit, xps animam sumpsit; Ne tamen potestate carnis hoc factum est;

sed eius qui & animam & carnem ubi haec ad implerentur adsumpsit; hoc inquit mandatum accepi a patre meo; uerbum non uerbo accepi mandatum sed in uerbo unigenito patris est omne mandatum. Cum autem dicitur filius a patre accipere quod substantialiter habet. quomodo dictum est. sicut habet pater uitam in semetipso sic dedit filio habere uitam in semetipso. cum filius ipse sit uita. Inquire non potestis minutur. sed generatio eius ostenditur. quoniam pater non quasi filio qui imperfectus est natus. aliquid addidit. sed ei quem perfectum genuit. omnia gignendo dedit. Ita illi dedit suam aequalitatem. quem non genuit in aequalem; sed haec loquente domino quoniam lux lucebat in tenebris. & tenebrae eam non comprehendebant. Dissensio iterum facta est inter iudaeos propter sermones hos; dicebant autem multi ex ipsis; daemonium habet & insanit. quid eum auditis. iste fuerant densissimae tenebrae; alii dicebant. haec uerba non sunt daemonium habentis; Numquid daemonium potest caecorum oculos aperire. iam istorum oculi coeperant aperiri; **EXPLICIT SERMO XLVII**

INCIPIT XLVIII AB EO QUODAM FACTASUNT AUTEM ENCHENIA IN HIEROSOLYMIS USQUE AD IO QUOD SCRIPTUM EST OMNIA AUTEM QUAE CUMQUE DIXIT IOHANNES DE HOC UERBA ERANT ET MULTI CREDIDERUNT IN EUM.

Quod iam commendavi dilectioni uestrae stabiliter meminisse debetis. sanctum iohannem euangelistam noluisse nos semper lacte nutrirī. sed solido cibo uesci; quisquis autem adsumendum cibum solidum uerbi dei adhuc minus idoneus est. lacte fidei nutriatur. & uerbum quod intellegere non potest. credere non cunctetur; fides enim meritum est. intellectus premium & in ipsa labore intentionis desudat acies mentis nostrae. ut ponat sordiculas nebulae humanae. & serenetur ad uerbum dei; non ergo recusetur labor. si adest amor; nostis enim quoniam qui amat. non laborat; Omnis labor non amantibus grauis est; Sitantior labores cum auaris portat cupiditas. nobiscum non portat caritas. & euangelium intendite; factasunt autem enchenia in hierosolymis; enchenia festiuitas erat dedicationis templi; grece enim chena dicitur nouum. & quando cumque nouum aliquid fuerit dedicatum. enchenia uocatur; tam & usus habet hoc uerbum. Siquis noua tunica induatur. encheniatus dicitur; Illum enim diem quo templum dedicatum est. iudaei sollempniter celebrabant; ipse dies festus agebatur. & cum ea quae electa sunt loquutus est dominus; hiems erat. & ambulabat ihesus in templo in porticu salomonis; circumdederunt ergo eum iudaei & dicebant ei; Quousque animam nostram tollis. si tu es christus. dic nobis palam; Non ueritatem desiderabant. sed calumniam praeparabant; hiems erat & frigidum erat; ad illum enim diuini igne